



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

19. Finalis Senatûs Urbici resolutio. Cum aliquâ querelâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1654.

tisfactum. Exin Mallingerotium suffensum, irrogularem, excommunicatum, magis quotidie, magisque pervicacem, incorrigibilem, rebellionis reum & novissima exempla meritum, si honesta tantum custodia attineatur, clementia Principis & solius benignitatis esse; nec minus ita exigere publicam patriam salutem, ac ipsius Magistratus obligationem; cui sacrosancti iurijurandi Religio majus haud dubie inaugurato Principi suo obsequium, quam ejusdem rebeli favorem deferendi imposuerit necessitatem. Irent itaque & absque longiore mora, quid postremum statuerint, tandem declararent. Paulisper egressi, reversique prioribus inhaerunt, & modicum adhuc spatium ad consultandum petiere.

19. Quo dato post triduum reduces hanc
Finalis Senatorum declarationem detulerunt scrip-
Senato- to comprehensam. Ad postulata Prin-
rum re- cipis super abducendo Mallingerotio
solutio. Cathedralis Ecclesiae Decano, per
 Celsitudinis suae Consiliarios Magistra-
 tus Urbici Deputatis proposita, audita
 relatione, praemissaque solempni delibe-
 ratione, declarat idem Magistratus
 una cum Tribunis plebis, Magistris
 Tribuum, totaque Communitate suis se
 civibus & universis Civitatis incolis
 man-

mandaturos, ne controversia Principem suum inter & Decanum pendenti, sese ullatenus immisceant, nec quis in partem alterutrius descendat; confidere è contra, nullam quòque commotionis alicujus ansam datum iri. At verò super abductione Mallingerotij, quod Senatus more Decessorum Principum debite requisitus non sit, ipsaque res periculi plena appareat, statui nihil aut declarari potuisse. Nec sperare Magistratum istius Principem animi esse, ut pervetusta Civitatis jura, ac privilegia turbari, lediq; velit. Sin autem Celsitudini sue videatur, juxta quod à Consiliariis motu proprio nuper suggestum est, ipsam Mallingerotij Decanalem domum, in immunitate sitam, custodia loco designare, Civitatem absq; tamen privilegiorum & jurium suorum damno, nullatenus adversaturam: dummodo Consiliarij judicent absolutionem ab Apostolico Nuncio favore Mallingerotij novissime decretam, & hoc ipso die cum mandato inhibitionis Senatui intimatam, cœptis hujusmodi non obstare. Ad singula expectari responsum. Signatum in congregatione Senatûs. Sabbato 19. Septembris Anno 1654.

Super hæc oretenus addidère, Magistratum agrè admodum tulisse
 Cum ali-
 ogge- quâ que-
 sta rela.

1654.

164 CHRISTOPH. BERNARDUS

Ita in proximo congressu, tam odiosa *Leodienſium & Neapolitanorum* rebellium exempla, eorumque ſupplicia *Monasterienſibus*, uti apparebat, non obſcurè applicata, quorum tamen cauſas (quæ ſola Dei gratia eſſet) remotiſſimas à ſe conſtaret. Inde ſuorum meritorum & continuæ erga Principes devotionis longam panegyrim exorſi, ſub *Ferdinando* Electore *Coloniënſi* felicis recordationis *Epifcopo Monasterienſi*, ita ſe ſemper citra jactantiam geſſiſſe, ut *Serenitas* ſua omnimodam ſatiſfactionem frequenter celebrârit. Nec ſperare ſe nunc, ex quo *Ceſſitudo* ſua *Epifcopatui* præſſe cæpit, ab officio devotionis uſque ad eò degenerâſſe, ut hanc *Neapolis* vel *Leodij* rebellantium applicationem mereantur. Reſponſum ad hæc breviter. *Principi de Monasterienſium*, ac præcipuè *Magiſtratûs*, *honorumque civium jurejurando ſibi obligatorum integritate*, longè *aliam mentem eſſe ac fiduciam*; nec iſtorum unquam exemplorum mentionem facturos ſe fuiſſe, ſi non eorum ipſi priùs meminifſent. Ita ſeptimanarum aliquot diſceptatio terminata fuit. *Conſiliarij* verò decretoriam *Magiſtratûs* declarationem, unà cum actis, ſublîmi Principis judicio ſubmiſère.

20.

Concur-
rentia

Inter hæc notatum à curioſis, & rerum